



The Holy See

IOANNES PAULUS PP. II LITTERAE APOSTOLICAE **QUO AMPLIUS** IN MAGNA BRITANNIA APOSTOLICA
NUNTIAURA CONSTITUITUR Ad perpetuam rei memoriam. – Quo amplius mutuae amicitiae atque necessitudinis
rationes inter hanc Apostolicam Sedem et Magnam Britanniam iam feliciter initae proveherentur, Nobis per opportunum
est visum Nuntiaturam Apostolicam in ea Natione condere. Hanc igitur ob causam re bene considerata diligenterque
perpensa deque plenitudine Nostrae potestatis, harum Litterarum vi, Apostolicam Nuntiaturam in Magna Britannia
constituimus, eidemque omnia et singula officia, privilegia atque indulta deferimus quae huiusmodi Legationum propria
sunt. Decernimus praeterea ut conditae Nuntiaturae Apostolicae sedes Londinii in clarissima urbe Regni principe ponatur.
Quae denique per praesentes Litteras statuimus vim suam habere nunc et in posterum volumus, contrariis nihil
obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII mensis Ianuarii, anno MCMLXXXII,*
Pontificatus Nostri quarto. AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis* © Copyright 1982 - Libreria
Editrice Vaticana